



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Organtini Brixiensis ad Socios Romam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

Maria Magdalena facer) eo ipso die, quamquam magna trepidatione ac tumultu, Bonzius vnus, laici vero Mioxindoni familia Baptismi Sacramento renouatur. Quod superest patres fratresque carissimi, votorandus est etiam atque etiam Deus, vt afflictas res sua bonitate sapientiaque restituat: ne stultis rationatoribus, & occulta iudicia Domini parum equa iudicantibus, plus diabolus ad euersionem Ecclesie Metensis, quam Christus ad eiusdem tutelam defensionem que valuisse videatur. Ex Iaponis insula Canga mensis Augusto. MDLXV.

ORGANTINI BRIXIENSIS
ad Socios Romam.



NON eram nescius (fratres mihi carissimi) quam grata vestris auribus accideret, si vestris re soleant ea, quae de nostrorum hominum laboribus atque periculis ex India perferuntur ad vos. Quae tamen permittere nolui, quin ex ipis quae hoc anno praecipue contigerunt, nonnulla perferiberem, praesertim vero felicem Francisci Lupij obitum, qui vna cum fratribus nostris duobus, ante vnum mensem, pro constanti Catholicae fidei confessione a Mahometanis interfectus est: vt simul interceperitis & quantopere diuino subsidio vestrisque deprecationibus egeamus; & quae maxime requirantur, ut qui Indicam hanc expeditionem atque prouinciam expetat.

Illud igitur primum: Patres duos, Ramirum & Aluatum, qui a vita migrasse (quos ignota quapiam in regione vixisse putabamus) hoc anno denique pro certo cognouimus. Ij ante biennium Iaponis regna petiuri, onerantem quendam in vrbe Cocino conscenderat, sane inuicem, vel quod nauicularius vir potens, nimia lucri cupiditate, mercatores in suam vnus nauem merces imponere per vim & iniuriam cogeret: vel quod ob id ipsum nauis inuito potere pra-

prægrauata pressaque interitum haud obscure denun-
 tiaret. Verum, ut æquè clemens ac iustus est Dominus,
 sacerdotes hosce duos permittit in eodem versari discrimi-
 ne, quorum officium ac pia sedulitas tot mortalibus
 per confessionem sacram expiandis confirmandisque
 in extremo spiritu non deesset. Secunda nauigatione
 Malacam vsque delati, atque inde prora in Sinas directa,
 cum iam in Sionis peruenissent sinum, atrox repete pro-
 cella cooritur, eo vento excitata quem Typhonem ap-
 pellant. Is, ex Occidentali ferme plagâ violentus erum-
 pent, & rapida vortigine circa orizontem rotatus, assi-
 duis incrementis horarum circiter viginti spatio circu-
 lum conficit: impetu horribili sævisque turbinibus va-
 sta illa æquora vehementissimè commouens agitantque:
 decumanis vndique fluctibus insurgentibus, qui inter
 sese velut arietantes atque collisi, omnem salutis spem
 nauigantibus adimunt. Ad hanc igitur tempestatem a-
 deo periculosam, cum ingens etiam oneris iniqui pon-
 dus accederet, solutis carinæ compagibus totam na-
 uem ætus absorpsit, sic, ut nullæ planè reliquæ super-
 fuerint. Erat in eodem cursu iuncus (onerariæ Sinensis
 est genus) qui singulari Dei beneficio portum tenuit. ex
 coeicade cognitum est, nauem, cum imminentis exitij
 signum æneo tormento frustra dedisset Sinis, proprio
 metu laborantibus atque sollicitis, paulo post haustam
 fluctibus apparere desisse.

Perculit casus is vehementer Indiæ colonos: nam &
 mercorum quadringentorum millium, & permultorum
 hominum damnum est factum, complures etiam vidue
 atque inopes relicte mulieres. Neque verò, humana ra-
 tione rem æstimantibus, eius incommodi pars minima
 peruenisse videtur ad nos: duobus è Societate nostra vi-
 ramissis, quorum opera magno rei Christianæ vsui in
 hæc regionibus esse procul dubio potuit, quamquam
 speramus illos eò migrasse, vbi vel maiori esse nobis au-
 ilio suis apud Deum suffragationibus possint: neque e-
 um parui ducendum est, in eiusmodi causâ pro Christo
 laborantes, è vita excessisse.

Periculo simili perfuncti sunt etiam Andreus
 dus, & Ioannes Capralis: alter Sinas, alter è Sini no-
 nem petens: quorum vterque assueerat pro miraculo
 beri, si quis Thyponis violentiam effugiat, præsum-
 yerò, si totam noctem sauire perseverauerit: itaque
 li re, nautas, desperata salute corporis, ad vora por-
 quam ad armamenta; ad expianda peccata, quam ad lu-
 mana remedia solere conuertit: quippe non modo ve-
 vis venti dilacerat, disstringitq; malos, & quicquid exiit
 ex aqua dissoluit; sed etiam ipsa nauigia præsertim si ma-
 nus onusta sint) arrepta, & in terras vsque longo nauis
 contorta affigere dicitur. Occupat autem ventus hic ma-
 rium quicquid est Malacam inter & Iaponem, frequens
 à mense Maio vsque ad Septembrem, quo maxime anni
 tempore hæc maria nauigantur. Vos itaque, fratres cari-
 simi, qui Sinensem hanc & Iaponicam expeditionem
 Christianæ fidei propugnandæ gratia optatis, compara-
 te vos ad mortem in itinere obitidam, sicut obire deo
 illi priores: & contra, putate vos iter incolumis posse
 conficere, quemadmodum posteriores hi duo, quos dis-
 ximus, confecerunt. qui in hisce versatur orbis tempera-
 tibus, huic nihil minus quam de tuendo corpore ab-
 randum est: ea quotidie vitæ pericula occurrunt, & sine
 ita constitutum & affectum animo quemque esse expo-
 tet, mortem vt omnino contemnat: nimis quippe co-
 tus, & cura corporis, spiritalem & nostrum & altorum
 profectum haud mediocriter impedit: quod in se quis-
 que re ipsa experiri & cognoscere facile poterit.

Anno proximo, Franciscus Viera Goam è Malacca
 veniens, cum paululum processisset, naus in strata & ho-
 pulos incidit, factoque naufragio, mari sese commisit
 imperitus homo natandi: & bis ad ima demersus ab ve-
 rinatoribus denique semiuivus ad litus extrahitur: quod
 cum cæteri quoque comites fere omnes, alios etiam
 parte com meatus tormentorumque recepta, se con-
 tulissent; nouum eos periculum confestim excepit.
 cum enim incolæ Mahometani à Lusitanis hostilitate
 dilide-

diffident, magna eorum manus ad eos trucidandos accurrunt: sed nostri in locum natura munitum sese receperunt, cuius opportunitate, itemque tormentorum usu, ab hostium incurfibus tam diu se defenderunt, quoad navis alia Molucensis ereptos eo periculo Malacam abduxit. Multa Franciscus capitis pericula narrat, quæ nostræ Societatis homines in Molucis insulis fere quotidie subeunt: mira etiam de neophytis prædicat, qui eo præcipue anno Christianæ fidei causâ crudeliter oppugnati, magna etiâ ex parte varijs cruciatibus interfecti sunt: cum quidem mulieres ipsæ filiolos partim sinu complexæ, partim manu trahentes, opulentis instructisque domibus consultò relictis, per sylvas errarēt, ne susceptam recens Christianam religionē eiurare aut deserere cogerentur: aliæ verò vnâ cum liberis, in I E S V Christi confessione fideliter persistentes, gladijs impiorum occumberent: multi præterea adolescentuli, eiusdem fidei tenendæ causâ, ingentia maris spatia trajicerent, ex insula tranantes in insulam. Atque etiam illud, idē Franciscus addebat: quo tempore Mahometanorum metu, post naufragium sese munito illo quem diximus, continebant loco, eodem contendisse pueros, non plus decimum aut duodecimum agentes annum, qui noctu natantes, veriti ne per imprudentiam iaculis peterentur, clamarent: Ne librate, ne librate, Christiani sumus: quorum constantia nostri ad lacrymas vsque permoti, & cæterorum quibus opem ferre non poterant calamitatem miserati, eos in comitatum suum gratulantes acciperent. Quin petitis, fratres, vt vitam vobis in hisce regionibus ponere liceat, quoniam quidem ipsæ mulierculæ puerique ad mortem pro CHRISTO obedam exemplo suo nos prouocant?

Qui è nostris in ora Comorinensi rem Christianam procurant, ijs grauissima impendent pericula tum à Mahometanis, tum à Narfinganis, quos Badagas vocant, repporum fermè vectigalium exactoribus. Est etiam in primis importunum & contumax genus hominum militarium, qui Naires vulgo dicuntur. Ex ijs quidam iuri dicundo

dicundo præpositus, cum in templo nostro foras
 ret, Andreas Fernandus (qui Romano in isto coepto
 quondam versatus est) indignitatem rei non ferens
 homeranum inde amouere omnino cõstituit: ad eum
 conuersus: An tu facile patiaris (inquit) eiusmodi mu-
 ra in vestris phanis exercere Christianos: respondit illi
 nequaquam. Rursus Andreas: ita ne verò: de lubrica ve-
 stra dæmoni dedicata, nulli functioni quæ vobis minus
 decora videatur, patere permittitis: nos nostra templa
 vero Deo ac Domino consecrata per summum scelus
 profanari ac pollui negligemus: tum actiori etiam spi-
 ritu: Apage, inquit, apage te. Atque hac in reparatione per
 motus barbarus in præsentia excessit ille quidem, sed
 paulo post, vt erat animo elato ac superbo, dolens im-
 patiens, armatorum plus centum coacta manu rediit, vt
 Andream occideret: quasi verò non vnus in id facinus
 foret satis. Andreas aut, cognita re, neophytorum comitè
 suum, ne quid primo illo impetu caperet detinere, ma-
 gna festinatione in templo conclusit: ipse pro foribus,
 innixus arundine constitit, mortem expectans & Maho-
 metani quidem arcibus & sclopis instructi cum adole-
 sent, hortati se inuicem ad manus Andree inferentes,
 ibidemque satis diu morati (ex quo diuinam providen-
 tiam in Andrea tuendo facile intelligas) denique resiste-
 cta, nullo planè resistente, discedunt, hominem profusè
 intactum atque illaefum relinquunt: ille verò, cum in-
 di euentu erectus, & in ea sententia confirmatus elapsus
 cere Deo, vt improba illa ethnicorum iuris dicendi
 consuetudo è sacris ædibus tolleretur. itaque rem magno
 conatu aggressus, quod voluit ea tota regione perfici.
 Idem cum neophytorum, qui à baptismo sese Mahometana
 nis ritibus contaminare non dubitauerat, in cubiliam
 tradi iussisset; pagani ij apud quos neophytus pariter
 illud admiserat, publicis nuntijs ab Andrea petens: vobis
 minem eximat è custodia, liberumq; dimittat: quæ es-
 se negat Andreas. Illi iterum ac tertio repetunt, mortem
 in superminitantes, cum nihilo magis flecterent, facta
 manu in hominè ire constituunt. certior fit ea de re An-
 dreas

deas à quibusdã Christianis monentibus vt nescio quò se recipiat: verum ipse recusat, vtrumque locum inquit hostibus æquè esse obnoxium. Tum è Christianis quidam: Vis ne, ait, pro tua defensione populus ad arma concurrat? Nequaquam, respondit. nauigiũ vos mihi dumtaxat in fugam, si opus erit, instruite. Hæc verba dum fiunt, ecce tibi repente magna hostium multitudo superuenit; qui cum Andream aliquandiu circumsteterint (mirum dictu) ne a superioribus quidem verbis eo compellato, nedum occiso digressi sunt.

Pagus est alius Mahometanorũ, qui, cum acre incensumque Andream studium Christianæ fidei propagandæ ferre nõ possent; communi consilio cum primum illac citransire contingeret, ipsum è medio tollere decreuerunt. verum simulatque eò peruenit, tanto eos terrore Dominus percussit, vt quasi cum ingenti exercitu in oppidum iturpisset Andreas, ita sese abderent omnes, nec apparere quisquam auderet in publico.

Hæc, vt dixi, atque alia huiusmodi pericula in eo tractu sunt pæne assidua: vt nostri imminentibus hostibus, loca sæpe mutare, sæpe etiam lintres conscendere, atque in mari pernõctare cogantur. Mahometana est natio Malabarica. ij. fermè piraticam exercent, Christianis maximè infesti, quod multi iam è Societate nostra senserunt. Petrus Vaës vnà cum Socio missus Damanum, pæne iam absoluta nauigatione, quinque Malabarium biremes obuias cum vidisset; quam celerrimè ad littus appulso nauigio, cum reliqua nauali turba vectoribusque descendit: nec tamen ita maturare licitum est, quin Malabares extremum agmè assequuti, viros aliquot feminasque perimerent. Nostri duo non tam pernicitate corporis, aut robore (triduana præsertim inedia & valitudine prope confecti) quàm singulari quodam Dei beneficio præsentique ope, ex hostium elapsi manibus, imminente iam nocte sese ignotis inuisque itineribus ac silibus commiserunt. Augebant metum hinc indagantes præter, inde incolæ Christianis infensi cumq; totam fere noctem errassent, deniq; labore ac defatigatione victus

Alfon-

Alfonfus in itinere substitit, sociumque compellit. Hi quidem, inquit, harum gentium feritatem (quam sic placet Deo) diutius euitare non licet. Tu ubi, ipse consulto. Interea se dies aperit, armatorum altantium manipulum adspiciunt: haud dubiam rati in eadem imminere, ad preces, vt in re tali, cōfugiant, abo se se victimas offerunt Deo. Sed res contra quā ptauerāt, cecidit; nam Brachmanes quidam eius regionis in primis opulentus, descensione piratarum audita, ad nostros conquirendos periculoque eximendos, armatorum manum vltro dimiserat, ij sublatum in homeros Alfonso, pone sequente socio, ad Brachmanem perduxerunt, qui eos liberalissimè exceptos, cibo somnoque refectos, datis etiam praesidij causa comitibus, liberos Damanum abire permisit. Eximiam huic Brachmanis (in tanta praesertim barbaria) humanitatem beneficentiam Dominus pro sua benignitate compenset. Idem Alfonso Damano Goam reuertens, in pirata denuò incidit, verum euentu meliore, quippe Christianis praelio commisso, biremi vna, ceclocibus duabus praedones exuti sunt.

Petrus quoque Martinius hoc anno Bazainum ex eodientia nauigans, in hosce Malabares incidit: a quibus proculdubio captus esset, nisi egregie instructum, quo uehebatur actuarium, medios hostes felici conatu in impetu perripisset: quae tamen res, haud omnino culpa impune: etenim nauarchus noster in ipso transitu gaudebat a praedonibus ictus est.

P. verò Dionysius hoc item anno tendens Cocinam cum ex itinere Mangalorem attigisset, vbi tum castris positis Lusitani urbem obsidebant Regina cuiusdam Christiani nominis inimica (quam urbem deinde captam euerterunt) rogatus vt descenderet ad milites confessionem audiendam periculoso vulnere laborantis, cum iam esset in littore, barbari nec opinantes Lusitanos magna vi repente adorti, nonnullos etiam qui erant cum Dionysio occidunt: ipse vt se ad actuarium reciperet, non minori periculo in mare se proicit, natandi pericula

petitiã nulla, mortique præfenti quorundam ope sub-
tractus est.

In eodem exercitu versabatur cum Socio vno Ioan-
nes Franciscus Stephanonius. is præter quàm quod mili-
tum confessionibus audiendis, cum res exigeret, operam
dabat, sæpe etiam hostium telis caput obiciebat suum.
quippe qui, quotiescunq; certandum esset, in primis or-
dibus imaginẽ præferens Crucifixi, militibus cohortã
disinflatet, circa quem pugnantes cum caderent plures,
incontem semper eum diuina prouidentia præstitit.

Naves Christianorum duæ cum ab Armuzia solui-
sent, in Malabares inciderunt, quarum altera capta est:
altera Dei beneficio effugit, quam Petrus Touarius cum
Socio item vno conscenderat.

Iam verò tres alij è nostris, in ijs Melchior Non-
nius, Goa Cocinum versus profecti, circa mediam nauig-
ationem Malabaribus hisce piratis occurrunt, qui ce-
lebribus aliquot, & hippagine equis onusta, quam de
Christianis antea ceperant, onerariam nostram aggredi
non dubitarunt, in primis totius Indiæ grandem ac va-
lidam. Sed non paruo ipsis ea stetit audacia: victi quip-
pe fustique sunt, multis ipsorum in prælio cæsis: hippagi-
ne etiam à nostris recepta. Nimis longum faciam, si cum
cæcorum insidias persequar, quas nemo nostrorum
hoc anno expertus non est, cui quidem hæc maria nauig-
are contigerit.

Salsetanæ insule in proximo sunt, in quibus ethnico-
rum ducenta, Christianorum duo circiter millia nume-
rantur, in ecclesias quinque descripta, quibus in singu-
lis hinc è Societate rem Christianam administrant. Has
parto insulas euripus bene longus à continenti disiu-
gat, euripi littore statio quædam est, vbi à prætercun-
tibus etiam viatoribus Salsetani barbari vestigal per
summam iniuriam exigunt. eò cum peruenisset vnus
vobiscum ijs, quos in ea diocesi versari diximus, pau-
perum acophytis custodiæ causã comitantibus, vt è Socijs
pendam inuiferet, Mahometanorum actuariolis per-
cussis, breui temporis spatio circumuentus est. Ac
primò

primò quidem fat molli brachio de nostris commin-
 cipiunt, quod in transitu ad portorium solentem ap-
 pellere negligant: deinde, cum sacerdos mercatum se
 negaret esse, nec huiusmodi oneribus obnoxio, ian-
 uigiola sensim applicant, neophytorum arma nomi-
 la surripiunt, sacerdotem ipsum iniectis manibus syn-
 nantur abducere: quod ubi minus e sententia cessat,
 niuersam denique feritatem ac malitiã expromunt: ce-
 tis, iaculis, lapidibus hominem petunt, ingenti arrepto
 parma se protegentem, neophytis etiam egregie propo-
 gnantibus: quorum vnus, cum iam eius loci præfectus
 grauem ictum in caput sacerdotis libraret, aliam nullam
 cernens defendendi rationem, ex arcu quem habebat ad-
 ductum, emissã repente sagitta Mahometanum transiit:
 is continuò moribundus in mare delabitur, tum carceres
 se recipiunt, sacerdote ex altera parte (cuius relicta
 parma (cuius munimento seruatus est) locus complu-
 b^o perforata. Eo casu cognito vicini Brachmanes in sub-
 sidium frequentes accurrunt, & quadam quali lectica
 lignis ac linteis raptim exstructa, exceptum huiusmo-
 dore ad mirabili quadam humanitate, quibus pos-
 sunt medicamentis curant, deinde vehiculo satis con-
 modo impositum, ad ipsius ædem, vt inde Goam trans-
 ueheretur, deportant: Goam demum delatus ex vulnere
 bus æger, dies amplius quadraginta decubuit. Atq; iam
 antea ille ipse præfectus alios tres e nostris ibidem in-
 ceptos domumque suam abreptos, multis precibus, an-
 tumelijsque vexauerat.

Nondum vigesimus agitur dies, cum ibidem Balha-
 far Gagus est captus: ac Pondam perductus, a Mahome-
 tanis Præfecto regio sistitur. Expostulanti quod ven-
 gal sibi non solueret, & quædam alia querenti, Balha-
 fatissificat egregie. Tum ad Christianos quosdam nullus
 diuertere, incolumis ad nostros postero die remissus
 est: nimirum propterea quod Prætor India cognita
 re, statim omnes huius insulæ exitus custodios occupa-
 rat, edicto proposito ne cui prorsus Mahometano exce-
 dere liceret: multo etiam vehementius aditus arce-
 seve-

fructus, ni Gagus tam propere dimissus fuisset.
 In eadem Salfetana regione Gagus in latrones cum
 incidisset, summo Dei beneficio manus eorum effagit:
 quod scilicet iam in ipsum intentus, flammam e fomi-
 tu non arripuit. Hoc verò tempore ea loca Mahometan-
 nis aliisque grassatoribus admodum infesta nuntiaban-
 tur, magno utique nostrorum periculo: quos tamen (ut
 speramus) Dominus pro sua clementia proteget. Præ-
 toriam, quo die hæc scripsi, militum cohortem ad eos
 suscitandos miserat.

Iam verò de Francisco Lupio nostro quid dicam fra-
 tres de cuius obitu è Melchioris Nonnij epistola, regio-
 nis illis pro Societate præpositi, sic accepimus. Idone-
 am nactus nauem, & cum cæteris rebus, tum verò epiba-
 nis nautisque plus centum instructam, vnâ cum fratri-
 bus, eiusdem Melchioris iussu conscenderat, iter vnus
 dies pronecti, postredie in Malabarium celoces quindecim
 incidunt, pugna committitur, quam nostra nauis, ut
 erat egregie ornata, ad vespera vsq; fortiter sustinet ad ex-
 tremum, intentis in prælium Christianis, tormentario pul-
 ueri calu quodam ignis admotus adeo vehemens excita-
 tur incendium, ut primo impetu, superiore nauis parte
 diruta, homines aliquot in mare proiecerit, quo vi-
 so hostes nauigia propius admovent, partim ut natan-
 tes excipiant: partim etiam ut aliquid, si possint, ex oner-
 a reliquijs rapiant. Sauebat ignis interea, multisque
 partibus comprehensis, oneraria instar fornacis ar-
 debat. Vectores ac naua, prout ad quemq; ignis acce-
 dit, ita se quisque e nauis præcipites dare: cum vita fer-
 uentem pacisci nostri quatuor, etiamnum in angulo,
 non dum flamma peruaserat, continere sese, & præ-
 ces ad Dominum fundere, incerti quod potissimum op-
 erent exitij genus: quippe, si eodem loco persisterent, iam
 deflagrandum: sin mari se crederent, vel aquarum
 horrendum sibi esse cernebãt, vel hostium certe iacu-
 ras vellēt in ipsorum potestatem venire, quos à Socie-
 tate nostra præsertim, capitali odio dissidere non igno-
 rabant.

rabāt. cū diutius deliberassent, rem totam deinde Dei
bonitati committere, ac ceteros imitari cōstituerunt. dū
igitur in alto iactantur, Franciscum ē tonitruo omnia
pro sacerdote cognitum illicō Mahometani in caecos
accipiunt, certi hominem aut vita priuare, aut a Chri-
STO disungere. quārūt ex eo proinde, velinē, Chri-
STO deserto, Mahometem sectari: ego vero mēte
quam, ait egregius CHRISTI miles, in hanc illi ac-
us, eademque, nī pareat, stricis intentare mucronem.
at ipse fortioribus etiam oculis, eadem illa responsa
qua viri constantia ad rabiem concitati ac furiosus bar-
bari crudeliter hominem contrucidant. Ille praclaro co-
bis verā virtutis documento relicto, ex omni vici-
migravit ad Dominum. Huiusmodi triumpho ad sacro-
sanctae fidei amplificationem vtiā Dei beniguitas
quam plurimus nobis obtingant.

De reliquis, duo, vel eundem exitum sortiti, vel in-
natandum lanceis confossi putantur. ad aut ex eo com-
citur, quōd omnium captiuorū indicem, seu catalogum
accepimus, in quibus vnus dumtaxat numeratur. et
stris: quo circa duos, vt dixi, mortuos arbitramur. Mel-
chior ab eodem loco abest propius. is totum euentum
clarius fortasse cognouerit, Romanque perscripserit.

Restat quartus, Antonius Dionysius nominat. hoc
ad terram enatantem praedones cur diutius perseque-
tur, non fuit: alij quippe iam in litore ad praedam par-
ti constitentia: a quibus Antonius, quae genus est impu-
dentia & immanitas, omnibus etiam interioribus velle-
mentis exutus, in oppidum quoddam abrepit est.
Hunc Mahometani incolae adhuc ignari quousum sit in
vincula catenasque coniectum ita benigne tractare dō-
euntur, vt nudus humi cubet stragulo culcitraye multo
non plus scutellam oryzae quotidie in cibum accipiat
sed eum Goae propediem affiore sperabant, quando
quidem in redemptionem est iam curata pecunia.

Nunc, quoniam tum ex hisce difficultatibus & incō-
modis, tum ex alijs, quae ad vos e Iaponae fortasse per-
scripta sunt, satis vt arbitror intelligitis, in hac India
regione

regiones venite, aliud esse nihil, nisi doloribus mortis
 que, Christi Domini causa vltro offerre sese; modum
 epistolæ faciam, & alia pericula silentio prætermittam,
 quæ maiorem etiam animi virtutem roburque deside-
 rant. Illud vos tantum rogo, & per commune omnibus
 nobis beneficium huiusmodi nostræ vocationis obte-
 stor: vti quædam abdicatione rerum omnium non o-
 miffis interim aut neglectis ijs, quæ vestræ fidei curæque
 commissa sunt) expetatis ardentem, Deumque assidue de-
 precemini, vt liceat vobis ad animas vestras & corpora
 eorum immolanda, in hæc loca contendere, vti que ad
 idipsum in primis accommodata. Quod vt impetrent
 pacis, non parum tamen omnes ea petitione profecce-
 rit. cœcum si Dei thronum atq; præsentiam frequētare,
 caput vitamque vestrā pro salute animarum ei deuoue-
 re non desieritis: profectò vestra ille studia non modò
 pro sua bonitate approbabit, sed etiā pro merito cuiusq;
 remunerabitur. Præterea, fieri non potest ad mortem ve-
 le quisquam cōparet, quin idem ab hac vita misera sese
 diuellat ac separet. Dicam planius: quisquis pro Christi
 Domini gloria mortem verè & ex animo exoptat, idem
 nullo negotio prauas animi cupiditates coercet, quæ res
 ad Deum & sanctè colandū & facile, valet plurimum. Ita
 que sic habetote fratres mihi carissimi: eos impetus ani-
 mi eaque desideria, quæ fundamentis huiusmodi non
 arantur, assidua precandi exercitatione coniuncta, ne-
 quaquam esse huic Indicæ legationi atque oneri paria:
 quæque, quò min⁹ fundata sunt, eò facilius varijs & quo-
 tidianis incommodis labefactata subsidunt paulatim &
 succidunt. contra, si matura stabili que virtute subnixæ
 subsistant, ingruentibus laboribus atque periculis non
 modo non quatiantur, aut corruunt, sed etiam magis
 confirmantur & corroborantur in dies. Quo-
 tidiana obseruet etiam atq; etiam vnusquisque se, videat
 queque madmodum ambulet: omnibus autem nobis ad
 gloriam ipsius voluntatem ac placita ritè exsequenda,
 optatum Deus ipse, viresque suppeditet. Amen. Goa V.
 Gal. Ianuarij. M D L X V I I I.